



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Lex Talionis XII. Tabvlarvm Cardinali Baronio Ab Isaaco  
Casavbono Dicta**

**Rosweyde, Heribert**

**Antverpiae, 1614**

Isaace Casavbone, Agnoscisne legem, quam tute tibi Baronioque ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10692**

# ISAACE CASAVBONE,

**A**GNOSCIS NE legem, quam tute  
tibi Baronio que tulisti, fixisti? Non  
ego intercedam, non eam refigam. quin imò  
me postulante, ZOESIO Cos. auctore,  
in XII. Tabulas referatur.

Sed quantò tu rectius fecisses, Casaubo-  
ne, si domi tuae Comici illud tecum retræ-  
ctasses?

Leges miseræ ad parietem erant Plaut.  
Trin.  
fixæ clavis ferreis,

Vbi malos mores affigi nimiò  
fuerat æquius.

sustinuisses à calamo manum, & F R A V-  
D I S secundum pectus ad simplicis colum-  
bæ mores castigasses; crassissimas I G N O-  
R A N T I A E tuae paludes unius Ecclesiæ  
Sole siccasses: non Sacras litteras peruersè,  
non Patres irreuerenter, non historiam infi-  
dè tractasses.

Quòd si quæ recta contra Baronium

\*\* 5 adfers,

Gell. I. 4.  
c. I.

Scal. Prae-  
fat. Isag.

adfers, sunt ferè scholica quædam nugalia,  
quibus ab omni ævo Grammatici arduis su-  
perciliis sese ostentarunt, ut ille olim, ne-  
scio quis, coram Phauorino Philosopho.  
Critici verò ad calumnias etiam abeunt;  
sine contumeliâ scribere non possunt: ut  
verissimè Scaliger dixerit: Ventosissima  
& futilissima omnium, qui litteras  
tractant, graculorum Criticorum  
natio; non solum liberalium artium,  
sed etiam omnis ciuitatis & huma-  
nitatis expers: nullum librum insti-  
tuere potest, nisi eum à contumeliâ  
incipiat, & in contumeliâ terminer.  
Diceres ex oraculo hæc verba profecta. Ita  
seipsum Scaliger, ita te quoque hoc tuo  
postremo contra Baronium opere descriptis.

Ut primum amicus tuus, Bibliothecæ  
Palatinæ præfetus, in librum tuum oculos  
Francofurti coniecit: Periisti, Casaubo-  
ne, periisti, exclamauit: quod facile augu-  
raretur fore, ut dum Criticus inaccessa pro-  
fanis

fanis sacratioris litteraturæ adyta tentat  
ingredi, in præcepſ rueret. Et hunc non  
vanum fuisse augurem, tuo malo doctus  
ipſe dices. Evidem quicumque hoc vlti-  
mum tuum ſcriptum legerit, adeò te præfi-  
dentem animaduertet, & tam intrepide de  
rebus Theologicis loquentem, atque ſi totâ  
vità tua nullos alios quām Theologiæ Scho-  
laſticæ auētores tractaſſes. Sed ab omni  
æuo verum fuit: Multos eſſe thyrſige-  
ros, paucos Bacchos. Nunc Tabella-  
ria tua consulamus.



## INDEX